



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

5 In Ædificijs extruendis decorum obseruare & luxum vitare Ægros  
inuisere, vide de humanitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

## SIGNVM V.

IN SPLENDORE ET MAGNIFICENTIA AEDIFICIORUM MODUM TENERE, LUXUM VITARE AC PROHIBERE.

In aedificijs  
decorum  
seruare.

**M**Egarenſes aedificabant quaſi ſemper vituri, comedebant quaſi altero die morituri. Plut. de diu. cupid. At i. *Traianus imp.* legem tulit aedificatoriam, ne aedificiorum priorum altitudo 60. pedes ſuperaret, idque propter ruinas facilis, incendia damnosa, exitioſoſ ſumptus. Aurel. Victor. in Caſarum epitome.

2. *Augustus Caſar* cum videret ciues maximis impenſis aedificare domos, edixit, ne quis ſupra 70. pedes ſublimius aedificaret. Alex. ab Ale. li. 5. c. 24. vtinam Magiſtratus populum docent quomodo in aedificijs exſtruendis obſeruandum ſit decorum, & luxus vitandus. Hac enim ratio tot ciues tam temere non deſtruerent, aedificarent, quadrata rotundis mutarent; ſed horam illam decretoriam (quia relicto omni aedificiorum ſplendore ſolis ſtipati vermibus ſarcophago contenti eſſe debebunt) propius imminere conſiderarent. Pulcher dicebat ille Belga: *Latet vns muren / da wi gedencſen ewig to duren.*

3. *Cicero* i. de Off. proponens ſeptem praecipua de decoro in aedificijs ſeruando, inter caetera, vult, vt nimius luxus, ſumptus, & magnificentia vitetur, & modus adhibeatur, & vt domus ornetur potius virtutibus & dignitate domini, quam dominus dignitate domus. Huc pertinent ſequentes verſus,

B 4

Oikos

Οἶκος δὲ ἐστὶ μικρός , τὸδε γὰρσημείον ἀριστῶν  
 τῆς πενίης μικρότης, τῆς δ' ἀρετῆς πενίης  
 Non est magna domus, quid tum? sub pauperi  
 tecto

Sapē etiam virtus ingeniosa latet. Et versu  
 Palladae:

σφύατα πῶλλα τρέφειμ καὶ δέματα πῶλλ'  
 ἀνεγείρειμ

Ἀτροπὸς ἐς πενίην ἐστὶν ἐτοιμοτάτη :  
 Aedificare domos & corpora pascere multa  
 Ad paupertatem proximus est aditus.

Quoniam Reges nonnulli Aegypti in exstir-  
 patione Pyramidum populum DEI labori-  
 bus ad interitum vsque vexabant, & pecunias  
 regni absumebant, populus eos mortuos pro  
 odio ne nominare quidem voluit, sed eorum py-  
 ramidas dixit esse pastoris Philicionis, qui per  
 loca pecudes pascebat, vt diuino iudicio se-  
 perba illorum intentio fuerit elusa, qui que se in  
 aeternum immortales esse volebant, & nomina  
 aeterna (cum populi sudoribus crudelibus opera  
 magna exstruendo) venabantur, eorum ne  
 nomina quidem recensebantur. Clamat enim  
 afflictorum & oppressorum sanguis & gemitus  
 ad Deum, qui altissima domicilia montium  
 deiecit, & gloriam huius mundi in vappam con-  
 uertit. Conuertitur in tyrannidem, compulsio  
 dura subditorum ad opera publica perficienda;  
 nam & iste modus opprimendi populum Israe-  
 liticum recensetur Exod. 1. Melius est opera non  
 agere sumptuosa & vana, quam corpora, anima-  
 rum pretiosarum vasa, laboribus enecare, ad  
 quae nec Romani liberos homines cogebant, &

Herod. l. 2.  
 Dan. v. 27.  
 & ca. 11.  
 Gen.

nisi fontes, vita concessa, illis adiudicabant, vt hodie in Gallia & alibi rei criminum ad triremes nauium publicarum & regiarum damnantur. Consule Ecclesiasten Salomonis c. 2. v. 2. de vanitate splendorum ædificiorum.

SIGNVM VI.

ÆRARIVM (HORREVM) PVBLI-  
cum conseruare, eoque par-  
tè vti.

*Ærarij  
publico par-  
tè vti.*

IN corpore ciuili, seu in Rep. (vt & in corpo-  
re physico) requiruntur nerui. Dicebat autem  
Mutianus pecuniarum vim Remp. stabilire.  
Dum ærarium laborat, tota Resp. laborat. Fit au-  
tem hoc, cum aut pecuniæ conquirendæ modi  
ignorantur, vel negliguntur, aut parum diligen-  
ter asseruantur conquisita, aut rationes publica  
tam rerum quàm officiorum raro exiguntur.  
Arist. 5. Pol. c. 8. vult, vt, ne ærarium compiletur,  
pecuniæ per curias, tribus & centurias, corona  
uium spectante, in gazam deferantur, & dictæ  
rationes sapius exigantur: aliter enim vngues  
vulturum mordicus tenebunt prædas, & in pri-  
uatos vsus, quod publicum est, iniuste rapietur.  
Hinc apud Rom. ærarium, seu pecunia commu-  
nis, asseruabatur in æde Saturni (sub quo in Italia  
cunctis vniuersa erat cõmunio) Iustin. li. 43. quod  
locus ille aditu omni præseptus, præruptus vni-  
diq; & ab accessu munitus esset. (Plut in Publi-  
cola, Macrobi, 1. Sat. c. 8. Alex. ab Al. li. 2. cap. 2.)  
Athenienses Delphis thesauros suos omni tem-  
pore intactos habuerunt. (Diod. Sic. li. 11. Aemil.  
in Aristide.)

*Pecuniæ  
nerui gerẽ-  
dorum, in  
nouel. 58.  
Vespas. Imp.  
dixit, ner-  
uos Imperij  
esse pecu-  
niam.*

B 1                      Semper

